



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 43. Sanctus Ignatius Ordinis sui propagationi intentus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

cessus, prout in Historiæ progressu per-  
spiciemus.

Sæcul XVI.  
A. C. 1550.

## §. XLIII.

*Sæculus Ignatius Ordinis sui propa-  
gationi intentus.*

Interea pro parte sua Ignatius Ordinis  
sui propagationi toto studio incubuit,  
eumque in Siciliam, Africam, atque  
Americam diffudit, necnon eundem  
non sine animi sui jubilo in ipsis etiam  
Indiis Orientalibus promovente Lusita-  
no Rege florescere vidit. Equidem Pro-  
fessorum domus ad extremam redigeba-  
tur egestatem, mortuo Paulo III., qui  
statas, largasque in usus Patrum elee-  
mosynas erogabat; verum Cardinales  
inter ipsas creandi novi Pontificis curas  
Ignatii memores magnam pecuniarum  
summam dono submiserunt, alique su-  
am erga illum liberalitatem crebro spe-  
cimine testatam reddiderunt, unde Ig-  
natus hisce subsidiis adjutus in sociis  
suis literarum amorem sollicite enutrire  
curabat, totamque societatem scientia-  
rum excellentia percelebrem reddebat:  
quinimo Messinenses, ac Panormitani  
Magistri singulis hebdomadibus de re-  
bus suis ad Ignatium accurate perscri-  
bere tenebantur; præterea præcepit  
Ignatius, ut ex ipsis Hispaniis omnes,

*Bouhours vi-  
em de S Ig-  
nare l 4.  
Orland. l. 9.  
n. 3. 4. & 20.*

O 2                      tama

Sæc. XVI. A C. 1550. tam Philosophicæ, quam Theologicæ Positiones, unacum juniorum Magistrorum lucubrationibus tam soluta, quam ligata oratione conscriptis ad eum transmitterentur, quæ omnia ipse haud gravate perlegit, seque præsentem discuti voluit.

## §. XLIV.

*Ignatius Theologos Ingoldstadium mittere a Guilielmo Bavaricæ Duce rogatus.*

*Ribadin. in vita P. Salmeron. Bouhours l. c. p. 319. Orlandin. n. 50. & 52. ac seq.* Cum Hæretici in Universitate Ingolstadiensi Theologiæ honores plurimum depressissent (\*), Guilielmus Bavaricæ Dux per S. Ignatium quosdam Theologos, qui ad hujus scientiæ, atque Universitatis gloriam rursus restaurandam idonei essent, sibi submitti rogabat. Selegerat is Salmeronem, & Canisium, quibus adjungebatur Pater Jaius a Duce speciatim expetitus, eumque

(\*) Quantum Continuator a vero abludat, notum est omnibus, qui perspectum habent, quanto studio Guilielmus Bavaricæ Dux suam Regionem ab hæreticorum face illibatam conservare studuerit, quantisque fidei Catholicæ pugilibus, Eckio, Mauritio Eichstetenfi Episcopo Cancellario, aliisque Doctoribus tum hæc universitas floruerit.